

Jacob Lembke Daniel Nicolaus Zesterfleth von

Connexionis Institutionum Iuris Exercitatio ...

III : Continens Libr. III.

[Rostock]: Keilenberg, 1681

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746222572>

Band (Druck) Freier  Zugang



Zusammenhang der
Grundlagen des Rechts

RU für 1687
Jacob Leake
Königliche Bibliothek

CONNEXIONIS INSTITUTIONUM
JURIS
EXERCITATIO III.
CONTINENS
LIBR. III.

QUAM,
DEO FUVANTE.
PRÆSIDE

DN. JACOBO Sembken/ J.U.D.
ET P. P.

DEFENDENDAM PROPONIT
IN AUDITORIO MAJORI,

HORIS CONSVETIS,
DANIEL NICOLAUS de ZESTERFLETH,
STADA-BREMENSIS.

AD DIEM. 7. Maij. ROSTOCHII ANNO M.D.C.LXXXI.

PRELO B. KEILENBERGII, ACAD. TYP,



CONNEXIONIS INSTITUTIONUM
LIBR. III
EXERCITATIO III
CONTINENS
LIBR. III
DEO. JOH. WATTE
PRESIDE
DR. JACOBO ZIMMERMANN
ET. P. P.
BRENDENBURGENSES
IN ANNO 1704
HONOR. SOCIETATIS
DANIELI NICOLAUS ZIMMERMANN
STADT-SEKRETAR
ALMA MATER ROSTOCKENSIS
Karl o. B. Hansen, Acad. & P.





CONNEXIONIS INSTITUTIONUM,

LIB. III.



HEREDITAS, quæ defertur ab **INTESTATO**, licet hodie ex Jure novissimo 1. *Descendentibus* 2. *Ascendentibus* 3. *Collateralibus* 4. *viro & uxori*, & 5. *Fisco* deferatur, secundum ordinem tamen & jus Institutionum alia est **INGENUORUM**, alia **LIBERTORUM**, **INGENUORUM** defertur I. **SUIS** heredibus, (**TIT. I. de heredit. quæ ab intest. defer**) qui defuncto gradu proximi, & in potestate ejus mortis tempore extiterunt §. 1. & 2. II. **AGNATIS** (**TIT. II. de legit. agnat. success.**) qui sunt cognatis per virilis sexus personas juncti. pr. & §. 1. §. 5. quibus per **SCTUM TERTYLLIANUM** (**TIT. III. de Scto Tertyll.**) mater, quoad successionem liberorum §. 4. etiam vulgo quæsitorum §. 7. & per **SCTUM ORPHITIANUM** (**TIT. IV. de Scto Orphit.**) liberi, quoad matrem annumerantur. III. **COGNATIS** (**TIT. V. de success. cognat.**) qui per femininæ

(2)

sexu

Sexus personas junguntur. §. 2. & quidem' secundum GRADUUM prærogativam (TIT. VI. de gradib. cognat.) in quorum computatione consideratur vel linea recta, eaque aut ascendens aut descendens, vel collateralis, quæ aut æqualis aut inæqualis pr. ita etiam ut & SERVILIS COGNATIO attendatur. (TIT. VII. de servil. cognat.) Hereditas LIBERTORUM (TIT. VIII. de successione liberti) maxime sine liberis defunctorum, defertur non tantum patronis, sed eorum etiam liberis, idque æqualiter, nisi uni vel aliquibus libertus à patre sit ASSIGNATUS (TIT. IX. de assignat. liberti.) hoc est expresse ab eo significatum, cujus ex liberis eum libertum esse velit, quo is solus liberto succedat. pr.

SECUNDUS MODUS universalis adquirendi dominium ex JURE CIVILI, nempe BONORUM POSSESSIO (TIT. X. de bonor. poss.) est *jus persequendi retinendique patrimonii, quod cujusque cum moritur fuit.* Dividitur in extraordinariam §. 3. & ordinariam, quæ iterum datur vel ex causa testati, sive factò testamento, tam contra, quam secundum tabulas, vel ex causa intestati, sive nullo factò testamento 1. liberis, 2. legitimis, 3. cognatis, 4. viro & uxori. §. 3. & 4. TERTIUS MODUS est ADROGATIO (TIT. XI. de adquisit. per adrogat.) quæ olim adrogatori omnia bona adrogati pleno jure pr. & §. 1. hodie vero quoad usum fructum tantum vivente adrogato, eo autem mortuo quoad dominium etiam adquiruntur. §. 2. & 3. TERTIUS denique est ADDICTIO BONORUM, libertatum conservandarum causa (TIT. XII. de eo cui libertat. caus. bon. addic.) quæ vel iis quibus libertates relicte erant pr. vel cuicumque alii petenti, & creditoribus satisfacere volenti §. 1. nemine herede

rede existente, bona defuncti attribuuntur, ut libertates data exitum sortiantur. §. 6. Et licet olim adhuc DUO alii MODI adquirendi fuerint, nempe SUCCESSIO quæ fiebat per debitoris obæarati solennem BONORUM VENDITIONEM, & ex SENATUS. CLAUDIANO, quo mulier libera, servili amore bachata, Domino servi, cum omnibus bonis, addicebatur (TIT. XIII. de success. subl. quæ fieb. per bon. vend. & ex Scto. Claudi.) tamen alter jam ante Justinian. in usu esse desiit. pr. alter vero ab ipso est sublatu§. §. 1.

Absolutis rebus quat. sunt in dominio, OBLIGATIO earum (Tit. XIV. de Obligat.) considerata, quæ est *juris vinculum*, quo necessitate astringimur alienius rei solvenda, secundum nostræ civitatis jura pr. dividitur in civilem & prætoriam. §. 1. Oritur vero, vel ex CONTRACTU, qui est *conventio propria sua vi obligationem ad agendum efficacem producens*, vel ex DELICTO. §. ult. OBLIGATIO ex CONTRACTU consideratur vel respectu SUI, vel respectu PERSONARUM adquirentium, vel respectu DISSOLUTIONIS. Respectu SUI, quat. oritur ex contractu aut VERO, qui expresso vel tacito consensu constat, aut QVASI. CONTRACTUS VERUS est vel REALIS, vel VERBALIS, vel LITERARIUS, vel CONSENSUALIS. CONTRACTUS REALES, qui præter consensum, ad sui perfectionem & formale complementum rei interventum requirunt, quatuor sunt (TIT. XV. quib. mod. re contrah. oblig.) I. MUTUUM, quod est *contractus realis, juris gentium, stricti juris, quo res fungibilis pondere, numero & mensura constans ita datur, ut ea in genere, non in specie restituatur* pr. II. COMMODATUM, quod *contractus realis, juris Gentium, bonæ fidei, quo usus rei gratuitus*

) (3

& cer-

Et certus conceditur, ea lege, ut finito eo, res in specie restituatur. §. 2. III. DEPOSITUM, quod contractus realis I. G. b. f. quo res alicui gratis custodienda committitur, eo animo, ut, quandocumque deponenti libuerit, in specie restituatur. §. 3. IV. PIGNUS, quod est contractus realis I. G. b. f. quo res datur in securitatem crediti, donec debitum solutum §. ult. Qui contractus à fine & effectu invicem distinguuntur, quod primus dominium, secundus usum, tertius custodiam, quartus securitatem & possessionem rei transferat. CONTRACTUS VERBALIS, qui ad suam essentiam, præter consensum, verba requirit dicitur STIPULATIO, & est vel PRINCIPALIS vel ACCESSORIA. PRINCIPALIS iterum vel UTILIS vel INUTILIS. UTILIS consideratur I. ratione MODI, (TIT. XVI. de verbor oblig.) & definitur quod sit contractus juris civilis, stricti juris, interrogatione & congrua responsione constans, quo is qui interrogatur daturum facturumque se, quod interrogatus est, respondet ac promittit. pr. & §. i. estque vel certa vel in certa d. pr. vel pura, vel in diem, vel sub conditione §. 2. & seq. vel rei vel facti §. ult. II. ratione PERSONARUM quæ: non tantum LIBER & UNUS stipulari aliusve promittere, sed etiam DUO pluresve REI stipulandi & promittendi fieri (TIT. XVII. de duob. reis stipul. & prom.) imò & SERVI stipulari, & dominis ex ea adquirere possunt (TIT. XVIII. de stipul. serv.) III. ratione DIVISIONIS specialis (TIT. XIX. de divis stipul.) quod sit judicialis §. 1. prætoris §. 2. conventionis alius §. 3. & communis §. 4. INUTILIS STIPULATIO (TIT. XX. de in util. stipul.) fit aut ratione materiae §. 1. 2. 21. aut causæ efficientis §. 3. 4. 7. 8. 9. 10. 15. 20. aut formæ §. 1. II. 17. 18. 23. 24. 25. ACCESSORIA STIPULATIO ex qua quis alieno nomine obligatur, vocatur FIDEJUSSIO, (TIT. XXI. de fidejuss.)

34.

juss.) estque nihil aliud, quam stipulatio, qua quis ob majorem creditoris securitatem, alienam obligationem, in se suscipit, manente tamen principali debitore obligato pr. omnique obligationi & naturali & mixtæ accedere potest. §. 1. vel præcedendo, vel subsequendo §. 3. Fidejussoribus autem beneficium divisionis, excussionis, accedendarum actionum competit. §. 4. nec etiam in duriores causas obligari, quam principalis, possunt §. 5. omne autem quod pro eo solverunt, actione mandati repetunt §. 6. **CONTRACTUS LITERARIUS** est contractus juris Civilis, quo quis spe futura numerationis, scriptura seu chirographo dato, constitetur, se ab eo, cui chirographum dedit, aliquid, quod revera datum aut numeratum non fuit, vel ut datum ac numeratum accepisse, ex eoque post biennium, si confessionem illam non retractaverit, efficaciter tenetur (TIT. XXII. de literar. oblig.) **CONTRACTUS CONSENSUALIS**, qui in genere consideratus (TIT. XXIII. de oblig. ex consensu) solo consensu perficitur, & præter mutuum contrahentium voluntatem ad sui essentiam & perfectionem nihil amplius desiderat, quatuor sunt species I. **EMPTIO VENDITIO** (TIT. XXIV. de empt & vendit) quæ est contractus consensualis J. G. b. f. de re, certo pretio habenda, unde ad eam 1. consensus liber & certus pr. 2. res quæ in commercio sive merx §. ult. & 3. pretium certum §. 1. & in pecunia numerata consistens §. 2. requiritur, quibus intervenientibus, periculum rei, etiam ante traditionem, emptoris est. §. 3. II. **LOCATIO CONDUCTIO**, (TIT. XXV. de locat. conduct.) quæ est contractus consensualis. J. G. b. f. quo usus rei, vel opera personæ pro certa mercede præstatur, cui vicina Emphyteusis, quæ & ipsa contractus consensualis. J. G. quo dominus prædium suum perpetuo alicui fruendum concedit, sub lege meliorationis, & annua pen-

penſionis, in recognitionem directi domini §. 3. III. SOCIETAS (TIT. XXVI. de ſocietat) quæ eſt contractus conſenſ. J. G. b. f. de re utrinque communiter & lucri & damni participandi cauſa, habenda, eſtque vel univerſalis, vel particularis pr. iunde proportione collatæ ſortis aut operæ, lucri & damni ratio eſt ineunda §. 1. 2. 3. ſolvitur autem renunciatione tempeſtiva & non callida §. 4. Morte §. 5. fine negotii §. 6. publicatione §. 7. & ceſſione bonorum §. 8. IV. MANDATUM (TIT. XXVII. de mandat.) quod eſt contract. 1. g. b. f. conſenſ. de negotio honeſto §. 7. gratis ſuſcipiendo & expediendo §. ult. Contrahitur 5. modis pr. ſolvitur autem tempeſtiva revocatione §. 9. morte §. 10. & renunciatione §. 11. Sequitur jam OBLIGATIO quæ oritur ex QVAſI CONTRACTU. (TIT. XXVIII. de oblig. quæ qſ. ex contr. naſc.) quæ eſt conventio, quæ à jure ex factò quodam, etiam inter ignorantes ac invitoſ, præſumitur ac fingitur, utilitatis cauſa pr. ejuſ ſpecies ſunt 1. Negotiorum geſtò §. 1. 2. tutela adminiſtratio §. 2. 3. Communio vel ſingulariſ §. 3. vel univerſaliſ §. 4. 4. aditio hereditatiſ §. 5. & 5. ſolutio indebiti §. 6.

OBLIGATIO reſpectu PERSONARUM conſiderata (TIT. XXIX. per quas perſ. nob. oblig. adq.) non tantum per noſ met ipſoſ, ſed etiam per liberoſ, & ſervos, non tantum proprioſ, ſed & bona ſide poſſeſſoſ & uſu fructuarioſ. adqviritur §. 1. & 2.

DISSOLVITUR aut tollitur tandem OBLIGATIO (TIT. XXX. quib. mod. tollitur obl.) 1. ſolutione, quæ eſt naturalis præſtatio ejus, quod debetur §. 1. 2. acceptilatione, quæ imaginaria ſolutio §. 1. & vel ſimplex, vel Aquiliana §. 2. 3. Novatione quæ eſt prioris debiti in alia obligationem vel civilem vel naturalem trans.

*fuſio §. 3. 4. mutuo diſſenſu
§. ult.*

juss.) estque nihil aliud, quam stipulatio, qua quis
jorem creditoris securitatem, alienam obligationem
suscipit, manente tamen principali debitore obligati
omni que obligationi & naturali & mixtæ acce
potest. §. 1. vel præcedendo, vel subsequendo §. 3.
jussoribus autem beneficium divisionis, excussio
cedendarum actionum competit. §. 4. nec e
in durio rem causam obligari, quam principalis.
sunt §. 5. omne autem quod pro eo solverunt, acti
mandati repetunt §. 6. CONTRACTUS LITERARIUS
est contractus juris Civilis, quo quis spe futura numeri
onis, scriptura seu chirographo dato, constitetur, seu
cui chirographum dedit, aliquid, quod revera datum
numeratum non fuit, vel ut datum ac numeratum acci
se, ex eo que post biennium, si confessionem illam
retractaverit, efficaciter tenetur (TIT. XXII. de lit
oblig.) CONTRACTUS CONSENSUALIS, qui in
nere consideratus (TIT. XXIII. de oblig. ex consensu
lo consensu perficitur, & præter mutuam contrahen
voluntatem ad sui essentiam & perfectionem nihil
plus desiderat, quatuor sunt species I. EMPTIO V
DITIO (TIT. XXIV. de empt & vendit) quæ est con
tractus consensualis J. G. b. f. de re, certo pretio habenda
de ad eam 1. consensus liber & certus pr. 2. res quæ
commercio sive merx §. ult. & 3. pretium certum §.
in pecunia numerata consistens §. 2. requiritur, quod
intervenientibus, periculum rei, etiam ante trad
nem, emptoris est. §. 3. II. LOCATIO CONDUCTIO
(TIT. XXV. de locat. conduct.) quæ est contractus cons
b. f. quo usus rei, vel opera personæ pro certa mercede
statutur, cui vicina Emphyteusis, quæ & ipsa contractus
consensualis. J. G. quo dominus prædium suum per pet
licium fruendum concedit, sub lege meliorationis, & a

